



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 50. Condæus Princeps a Guisio Duce perbenigne habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

piscopi Nepos: Dux autem Nivernius Sæcul. XVI. A.C. 1562.
 lethaler vulneratus est ex imprudentia
 Debordii domestici sui, qui hujus infor-
 tunii desperatione in medios hostes ir-
 ruens cum aliis occisus fuit: capti au-
 tem fuere unacum Montmorantio Ora-
 sonus, Rupifortius Damoiso Commer-
 censis, Sclavolius, pluresque alii, qui
 sub Marescalli imperio militabant.

Porro ex Condæo Principis exerci-
 tu, qui periere, præcipui fuere Arpajo-
 nus, Liencurtius, Chandæus, Lignerius,
 Ragnacus, Fredonarius, Masella, Car-
 lerius, Sorius Sangermerius, qui om-
 nes fere sub Moji vexillo certaverunt:
 Trochmortonus autem Anglorum Re-
 ginæ orator, & Franciscus Peruce-
 lius, qui postea Condæo Principi tan-
 quam Pastor inserviit, Nogentium
 concessere, ubi postridie capti sunt.

§. L.

*Condæus Princeps a Guiso Duce
 perhonorifice habitus.*

Montmorentius Connestabilis captus Thuan. l. c. Brantome
 Aureliam sub valido præsidio ab-
 ducebatur; verebantur enim Calvinus elog. du Du: Guise Dupleix. to 3 p. 686. Daniel. to. 6. p. 312.
 stæ, ne in itinere ipsis eriperetur: age-
 bat tum Connestabilis ætatis suæ an-
 num septuagesimum. Ceterum Con-
 dæus Princeps, qui a Damvilla captus
 fuerat, prope Drocium ad castra re-
 duce-

X x 3

duce-

Sæcul. XVI. A.C. 1562. ducebatur, ubi eum Guisus Dux omnibus sinceræ amicitiae signis, ac non minus generosa, quam singulari benevolentia excepit, eumque solatus, atque infaustam illius sortem deplorans, cum eum absque Regis, & Reginae Administraticis jussu libertati restituere haud posset, specialem saltem ejus vitæ sollicitudinem præsetulit, eumque ad locum cubiculo suo contiguum deduxit, admo-nens, ut eo absente sese nemini conspiciendum præberet, ne forte iniquissimo hoc tempore rabiem concitaret cuiusdam Catholici, in quo immoderatum Religionis studium magis, quam Regii sanguinis reverentia prævalere posset.

§. LI.

Ambo unius mensæ, ac lecti societate gaudentes.

Insuper Guisus Dux nunquam a Condæi Principis latere discesserat, nisi quando illum imperia dandi necessitas avocaverat, insuper ipsum semper mensæ suæ socium habere voluit: majori autem sollicitudine angebatur Guisus Dux, eo quod ipsi non nisi unici lecti copia esset, impedimentis hinc inde dispersis, aut omnino amissis: cum autem Dux suum lectum semper penes se haberet, eundem perbenigne Condæo